

Area F 2003 *1/2 and 1*
Sight Recitation Level 1

Canis Fidēlis

Ōlim fēmina īnfantem cubantem in cūnīs reliquit et in agrum profecta est. Marītus eius cum eā iit. Canis fidēlis in tēctō mānsit et īnfantem custōdīvit. Māter et pater putābant īnfantem salvum esse.

Mox serpēns tēctum intrāvit et īnfantem nectātūra erat. Statim canis serpentem rapuit et ex tēctō trāxit.

Canis vulnerātus est, sed dēnique serpentem interfēcit.

Tum fēmina et marītus rediērunt et serpentem vidērunt. Magnopere territī sunt. Sed mox īnfantem dormientem invēnērunt. Infans sine iniūriā erat. Tum pater et māter laeti erant. Omnēs incolae eius regiōnis canem fidēlem laudāverunt.